

A MACROBII AVRELI

THEODOSII VIRI CONSULARIS ET ILLV-

STRIS IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPO-

sitionis quàm elegantissimæ liber secundus.

Concentum quendam effici motu cœlestium corporum, & quo modo ratio eius cœcentus à Pytha-
gora sit deprehensa. Tum qui numeri apti sunt consonantijs musicis, quotq; consonantiæ sint.

Caput primum.



Vperiore cōmentario Eustachi luce mihi charior dilecti-
orq; fili, usq; ad stelliferæ sphaeræ cursum & subiectarū
septē, sermo processerat: nunc iam de musica earū modu-
latione disputet. Quis hic, inq; q; est qui complet au-
res meas tantus & tam dulcis sonus? Hic est (inquit ille)
qui interuallis disiunctus imparibus, sed tñ pro rata par-
te ratione distinctis, & impulsu & motu ipsorū orbiū ef-
fici: & acuta cū grauibus tēperans, uarios æquabiliter concētus efficit. Nec em̄
silētio tāti motus incitari possunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte gra-
uiter, ex altera autē acutè sonent. Quā ob causam summus ille cœli stellifer cur-
sus, cuius conuersio est concitator, acutè excitato mouet sono, grauissimo autē
hic lunaris atq; infimus. Nā terra nona, immobilis manens, ima sede semp hæ-
ret, cōplexa mundi mediū locum. Illi autē octo cursus, in qbus eadē uis est du-
orū, septē efficiunt distinctis interuallis sonos, q numerus rerū oīm ferè nodus
est, quod docti homines neruis imitati atq; cātibus, apuerunt sibi reditū in hūc
locū. Exposito sphaerarū ordine, motuq; descripto q septē subiectæ in cōtra-
riū cœlo ferunt, cōsequēs est, ut qualē sonū tantarū molium impulsus efficiat,
hic requirat. Ex ipso em̄ circumductu orbiū, sonum nasci necesse est: qā percussus
aër, ipso interuentu ictus, uim de se fragoris emittit, ipsa cogēte natura, ut in so-
num desinat duorū corporū uiolenta collisio. Sed is sonus, q ex quocūq; aëris
ictu nascit, aut dulce quiddam in aures & musicū defert, aut ineptū & asperū so-
nat. Nā si ictum obseruatio numerorū certa moderet, cōpositum, sibiq; cōsenti-
ens modulamē educit. At cum increpat tumultuaria & nullis modis guberna-
ta collisio, fragor turbidus & incōditus offendit auditū. In cœlo autē cōstat ni-
hil fortuitū, nihil tumultuariū puenire, sed uniuersa illic diuinis legibus & sta-
ta ratiōe pcedere. Ex his inexpugnabili ratiocinatione collectū est, musicos so-
nos de sphaerarū cœlestiū cōuersione procedere: qā & sonum ex motu fieri ne-
cesse est, & ratio q diuinis inest, fit sono causa modulaminis. Hoc Pythagoras
primus oīm Graiæ gentis hoim mente concepit. Et intellexit qdem cōpositum
quiddā de sphaeris sonare prop̄ necessitatē rationis, q à cœlestibus nō recedit.
Sed q esset illa ratio, uel qbus obseruāda modis, non facilè dephendebat. Cūq;
cum frustra tātæ tamq; arcanæ rei diuturna inq̄sitiō fatigaret, sors obtulit, qd
cogitatio alta nō reperit. Cum em̄ casu p̄teriret in publico fabros, ignitū ferrū
ictibus mollientes, in aures eius malleorū soni certo sibi rñdentes ordine, repē-
te ceciderunt. In qbus ita grauitati acumina cōsonabant, ut utrunq; ad audien-
tis sensum stata dimēsiōne remearet, & ex uarijs impulsibus unū sibi cōsonās

Necessario cō-
centū quēdam
esse corporū
cœlestiū.

Quō reperta
à Pythagora
sit cœcentiū
ratio.

MB.

Vide ista in libel d iij na
lis musicis & Arithmetices.